

tus de Panormo, et ecce vocatus ad palatium fuit ad imperatricem Constantiam, quae illi confiteri volebat. Ivit et invenit eam intra ecclesiam in sede ^{a)} consueta sedentem. Iussus ^{b)} sedere in sedula ^{c)} pro ipso posita sedit; sed cum imperatrix aperuit ei propositum confitendi ^{d)}, qua ^{e)} debuit auctoritate ^{f)} frenavit ^{g)} et respondit dicens: „Quia ego nunc locum Christi, tu vero poenitentis Magdalenae tenes, descende, sede in terra et ita fideliter confitere; aliter enim non debeo te audire.“ Descendit et sedit imperatrix in terra et confessa ^{h)} humiliter peccata sua, mirantibus omnibus cum ipsa, quae retulit auctoritatem apostolicam in abbate fuisse.

Didicerat a Christo mitis ⁱ⁾ et humilis esse corde ¹³⁾. Itaque abbas in Curatio ibat ^{k)} et frequenter mundabat ^{k)} suis manibus totum infirmatorium ^{l)}, primo videlicet tectum et deinde parietes idem per operationes ^{m)} usque ad pavimenta ⁿ⁾, idem ^{o)} minima et manifesta quaeque ^{p)} decurrebat ^{q)}; domo vero mundata considerabat et componebat lectisternia ^{r)} protinus quantum opportune poterat ^{s)}, ut numquam negligeret infirmiores et ^{t)} debiles in coquina ^{u)}. Nec solum infirmis, sed et ^{v)} lassis per viam pueris suis ^{w)} erat ex corde ^{x)} compatiens, ita quod descendens famulum suum aliquamdiu equitare compelleret, quem ipse ^{y)} sequebatur ^{z)} pedes, donec famulum reparasse ^{aa)} conspiceret ^{bb)} et sic iterum equitaret. Illa hyeme ^{cc)}, qua decessit, fames maxima in Sicilia et Calabria tota fuit, ita quod multi pauperes pro ^{dd)} inedia morerentur; ille vero pio studio quibuscumque poterat subveniebat et ad subveniendum alios admonebat, vestes suas egenis ^{ee)} tanta compassione distribuens ^{ff)}, quod solo scapulari visus <sit> Cusentiae incopertus in nocte ^{gg)}.

Per octavas paschae et pentecostes quotidie consueverat celebrare. Itaque si tunc exire monasterium ^{hh)} cogeatur, deferebat secum vesti-

a) sella P. b) folgt [autem] P. c) sellula P. d) folgt eam U²P.
e) que P. f) auctoritate UP (stets). g) frēnavit U²; fraenavit P.
h) folgt est U²P; hum. conf. est pecc. P. i) mitis esse et humilis corde P.
k) ibat frequ. et mund. UP. l) infirmatorium UP. m) idem per operationes fehlt U²P. n) pavementum UP. o) deinde U²P. p) minima quaeque et vix manifesta U²P (P: [vix]). q) decurrat Hs.; decurrit U¹. r) folgt et U²P. s) folgt prospiciebat necessitati aegrorum in coquina U¹, in [] P.
t) etiam U; debiles etiam inferiores P. u) in coquina fehlt hier U²P. v) et fehlt U¹; etiam U²; [sed etiam] P. w) pueris suis per viam lassis U².
x) ex corde fehlt P. y) ipse fehlt UP. z) prosequatur UP. aa) reparesasse Hs.; reparasse vires U²; [vires] reparasse P. bb) cognosceret P.
cc) hieme UP. dd) prae P. ee) pauperibus P. ff) folgt ita U²P.
gg) Cusentiae visus sit coopertus in nocte U²P. hh) monasterio U²P.

¹³⁾ Vgl. Matth. 11, 29.